

et executio voluntatis ad mortem demum differatur. & testamentum ex libera ejus disponendi facultate statim existit perfectum, sed revocabiliter Obrech. disp. 19. th. 19. (b) Dupliciter impugnari potest hæc distributio, cum quod partes ejus inter se non dissentiant, tum quod totum non adimpleant. Quoad prius ita: Quia & testamentaria successio est Legitima 1. per expressum textum in l. lege obvenire 130. D. de V. S. 2. Justum idem est quod legitimum l. si uxor 13. §. 1. D. ad l. Jul. de adult. l. minorem 4. D. de rit. nupt. Sed Testamentum dicitur justum. E. & testamentaria successio erit justa h. e. legitima. 3. Qui confirmat, dare videtur. At l. confirmat successione ex testamento E. dat, & similiter est legitima. 4. Quia hæc species eidem attribuuntur in l. nec is 17. §. 1. D. de acquir. hered. Et potest heres ex testamento esse institutus & nihilominus legitimus. Sed si essent opposita, hereditas testamentaria & legitima, neutiquam hoc fieret. Sed Resp. ad 1. ex Forst. 1. de success. ab Ini. 17. & Gædd. ad d. l. 130. distingv. inter propriè; non impropriè & impropriè aliq. d. dici. Ad 2. Utraq. quidem tam quæ est ex expressa testatoris voluntate quam quæ est ex ipsa l. pretextu tacite defuncti voluntatis est justa & legitima; sed magis hæc quam illa. Sed cur ita? quia à l. ut causa proximiori oritur, cum altera ab ea ut causa remotiori proveniat. Genere igitur conveniunt, quia utraq. est legitima. sed altera hæc speciale generis nomen sibi retinuit. Ad 3. dico: Qui confirmat, absolute non dat, sed ab alieno datum solummodo ratum habet arg. l. & quia 6. D. de l. Dict. Ad 4. Nego antecedens. Non enim utraq. species eidem secundum idem, ad idem & eodem tempore attribuitur, uti deducit plenius Gædd. ad d. l. 130. n. 2. Quoad posterius, 1. q. a pacto & contractu defertur successio 2. Quia sex sunt hereditatis species in l. per familiam 2. in pr. D. fa. hercisc. Sed negamus ex pacto deferri successionem per l. ex eo 4. C. de inut. stip. l. stipulatio 61. l. quidam 132. D. de V. O. l. pactum quod 15. l. licet 19. & l. ult. C. de pact. ubi Wesenb. in parat. Est enim hæc pactio contra bonos mores & improbatum tam natura quam Jure, dum invitatur ad delinquendum id est insidiandum vitæ promissoria Donell. ad l. ult. C. d. t. n. 1. Nec contractus & conventiones sunt modi danda & adimenda hereditatis, sed sola ultima voluntas cum expressa tum tacita Gædd. de contrah. stip. c. 6. conclus. 7. Limitamus tamen hoc in militibus, inter quos pactio successoria permittitur per vim te-

vim te-